



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

X. Papst Gregor befreiet die Tempelherren von der Entrichtung der für die Befreiung des heiligen Landes beschlossenen Zehnten, am 14. Oktober 1274.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

X. Pappst Gregor X. befreiet die Tempelherren von der Entrichtung der für die Befreiung des heiligen Landes beschlossenen Zehnten, am 14. Oktober 1274.

Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Magistro et fratribus domus militie Templi Jerosolimitani Salutem et apostolicam benedictionem. Ipsa nos cogit pietas, honestis petitionibus uestris exauditionis gratiam non negare, quibus efficax ex eo patrocinium suffragatur, quod pro cristiane fidei tutela, cui perpetuum religionis nostre obsequium dedicistis, in seruore caritatis intrepide ac prudenter exponitis contra infidelium impetus res et uitam. Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod nuper nos in Concilio generali, uolentes Terre sancte, que ab inimicis nominis cristiani detinetur miserabiliter occupata, remedia procurare, per que posset de ipsorum inimicorum manibus liberari, decimam omnium prouentuum ecclesiasticorum, prouentibus quorundam religiosorum duntaxat exceptis, pro ipsius terre subsidio duximus deputandam. Quare nobis humiliter supplicastis, ut cum uos ad hoc principaliter laboretis, ut uos pariter et omnia, que habetis, pro ipsius terre sancte defensione ac cristiane fidei exponatis, nos eximere a prestatione huiusmodi decime de benignitate apostolica curaremus. Nos igitur attendentes discrimina, que pro defensione predictae terre sancte continue sustinetis, ac uolentes uos propter hoc speciali prosequi gracia et fauore, uobis quod de prouentibus uestris decimam huiusmodi soluere minime teneamini, nec ad id compelli possitis, auctoritate presentium indulgemus, Nolentes quod occasione ipsius decime aliquam excommunicationis sententiam iam latam uel proferendam de cetero incurritis et si in uos uel uestrum aliquem nominatim ferri contigerit, eam uires decernimus non habere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni, II. Idus Octobris, Pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem vom Herrn Geh. Registrator Wosberg mitgetheilten Originale. Vgl. L. v. Ledebur Allg. Archiv XVI, 298. Auf der Rückseite des Documentes steht der Name Quarzan: die Ausfertigung war daher wohl für diese Comthurei bestimmt.

XI. Herzog Przemislav von Polen bestätigt dem Tempelorden Quartschen und Belaves, am 5. November 1282, transsumirt vom Bischofe Conrad von Lebus, am 12. November 1284.

Nos Conradus, miseratione diuina episcopus lubucensis, notum facimus omnibus — quod litteras illustris principis premizlonis, ducis majoris polonie, non cancellatas — uidi-
mus — in hec verba.

—, nos secundus premizlo, dei gratia dux polonie, notum facimus — quod — — eam donacionem, quam auus noster illustris princeps dominus vlodislaus, dux polonie, de consensu dilecte consortis sue domine hadwigis et filiorum suorum domini premizlii, patris nostri karissimi, necnon domini bolezlay, patris nostri dilecti, venerabili domui milicie templi fratribusque